De hac re S. Thom. agit art. 2. e 3. q. 4. n e a. sensus difficultatis, vtrum subsistentia ipsa vel psonalitas creata fuerit assumpta e terminata vel potuerit assumi e terminari a psona diuina, cum e. de raae intrinseca psonalitatis sit ee vltimum terminum naae in raoe subsistentiae, profecto ipsa subsistia e psonalitas creata nulla raae pt perfici vel assumi aut terminari a persona diuina, alioquin eet e n eet vltimus terminus naae. deinde cum persona in suo conceptu includat repugnantiam vt sit in alio, e assumptio intrinsece includat ~~repug~~ vt id qd assumitur sit in alio, n pt psona ipsa assumi. praeterea persona ipsa debet ee incouicabilis, cum a. assumi sit couicari repugnabit personae assumi. rursum n e difficultas an diuina psona potuerit assumere naam quae immediate ante assumptionem habuerit propriam subsistentiam, qa sicuti Deus potuit impedire propriam subsistentiam in humanitate Chri e efficere vt subsistentia Verbi suppleret vicem propriae subsistentiae, ita poet corrumpere subsistentiam quam hit aliquis hoo e loco illius ponere subsistentiam diuinam. quamuis a. S. Thom. 4 contra gentes cap. 4 contrarium indicarit pp illam raoem qd subsistia corrumpi n poit n corrupta naa, rao tn illa n vrget, cum idem S. Thom. art. 2 huius quaest. n dicat hoc ee impoibile, sed tm qd frustra praecessisset subsistentia in naa. Sensus ergo propositae difficultatis erit: vtrum naa humana ita fuerit assumpta e terminata, vt simul cum eadem terminatione retinuerit propriam personalitatem creatam. his positis.

Supponendum e tanquam de fide certum naam humanam de facto n ee eodem modo assumptam, vt simul habuerit personalitatem propriam, qa alioquin in Chro eent duae psonae, qd e Nestorianum. vnde (: qd eodem recidit :) Verbum assumpsisse naam humanam n psonam docet Cyrillus in epla ad Nestorium, quae approbata e in Conc. Ephes. can. 12. Idem docet 3 Synodus collaoe 8 conclioe 5. Concil. Tolet. 11 in confessione fidei. Agatho Papa in e Synodo can. 4. Fulgentius lib. de Incar. cap. 4 e aly.

Ex dictis colligi pt cum Verbum dicitur assumpsisse hoiem (:

quo

: quo modo loquendi utebatur Concil. j in confessione fidei: quo sensu accipiendum sit. dicant itaq Sophron. in epsta quæ habetur 6 Synodo actione jj. August. de agone Christiano cap. jj. & de præsentinate cap. 15. & alibi. Ansel. in lib. de Incarnatione cap. 4 & alij, tunc per hominem n illegi supponitur, sed naam humanam sive humanitatem, qa ut notat Damas lib. 3 n fide cap. 14 hoc significat naam humanam connotando rationem & rationem, et etiam pro naa. quapp optime aduertant cum Ricardo Viuers lib. 9 cap. 14 qui reprehendit Scholasticos hunc modum loquendi n audentes concedere, magis ipsum & reprehensione dignum, qa hic modus loquendi proprie n & verus, ut probat ex S. Thomas hic. Medina. Aveiro & Alexis 3 parte q. 4. num. 7. Richardus in 3 dist. 8. q. j. art. 2. & alij ibi. Ratio vero, qa hoc salem in 1 obliquo excludit supponitum, at verbum n affirmat supponitum. qd idem etiam ill: qa id qd assumitur præsupponitur assumptum, ut docet S. Thomas. atqui hoc n supponitur, qa aliquo modo connotat subsistentiam quæ assumptio & n ergo præsupponitur. quapp Concilium Ephes. can. 8 negat assumptum hominem debere coadorari in Deo tanquam alterum in alio. Cyrillus in defensione anathematy 8 contra Orientales docet n factam esse connexionem hominis cum Deo, & ibidem negat hominem assumptum esse a Deo. vbi ex Conc. Calcedon. act. j. post fidem Nicenj affert etiam Iuly Papæ, in qua Dei filius dicitur habitare in nobis n in homine operatur affectu Deus in carne & homo perfectus in spiritu n duo filij, vnus quidem proprius assumens hominem, alius mortalis suscepto a filio. Eodem modo loquitur Maxen. Dialo. contra Nestorium. citat etiam S. Thom. Felicem in Concilio Ephes. sed ibi hoc testimonium n habetur, forte voluit citare Concil. Calcedon. loco citt. vbi ex Felice habetur id qd indicat S. Thom. quoniam igitur huiusmodi fa loquendi ancepsa & & habere id sensum hæreticum, licet posit habere etiam bonum, ideo n & vitanda. vide S. Thomam ibidem vbi de hac re disputat & definit hominem n fuisse assumptum, neq proprie dici qd Deus assumpserit hominem, atq hujusmodi locutiones a SS. PP. poe seu potiq debere & esse exponendas. his absolutis remanet controuersum: vtrum naa humana retinens proprium personalitatem potuerit assumi a persona divina.

Suppono hæc in re vnum esse certissimum, nempe qd naa creata existens in sua propria subsistentia n potest illam naam sua virtute conseruare, si assumatur a persona alicna sive divina, siquidem modus existendi in se vel per se & modus existendi in alio saltem naaliter sit incompatibiles, & ideo naa supraaliter assumpta n at per suam virtutem solam effuere, aut conseruare proprium personalitatem, aliquin si propria personalitas naaliter loquendo n ~~sit~~ habeat in compatibilitatem cum assumptione,

neq

neq humana Chri naa existens in Chro caruisset propria psonalitate nisi per nouum miraculum. quare remanet examinandum utrum de pota absoluta naa creata ita poit assumi a diuina persona, ut simul etiam hat propriam personalitatem.

Pa sentia affirmat (: quam hic ipsi defendi audiuimq:) Vasquez disp. 31 cap. 2 dicit se aliquos professores hoc idem concedentes audiuisse. coeterum ibidem addit se nunquam legisse scriptorem qui hanc sentiam tenuisset. idem asserit Suarez disp. 14.

2da sentia negat, neq eam solum tenet Scotus in 3 dist. 1. q. 2 e aly Scotistae qui putant subsistiam nihil addere supra naam nisi negaoem existendi in alio vel dependendi ab alio, sed etiam aly Theologi qui putant subsistiam creatam ee aliquam raoem positiuam naae superadditam, ut Paludanus in 3 dist. q. 3. Durandus q. 4. Richar. art. 1. q. 4. Capreolus q. 3 art. 6. Alcarez ad 3 part. d. 26. Suarez e Vasquez. citatur et collegit ex S. Thoma qui in hac q. 4 art. 1. ad 3 docet naam Angelicam existentem cum propria personalitate assumi non poe nisi illius psonalitas destruatur. idem docent e aly.

Dicendum igitur cum hac 2da sentia impoibile ee ut naa assumpta ab aliqua persona simul retineat propriam subsistentiam. Pbt ex Scoto: qa subsistia propria nihil addit supra naam, nisi negaoem existendi in alio vel dependendi in alio, Et si naa retinens propriam subsistiam assumeretur simul eet e n eet in alio, vel simul dependeret e n dependeret ab alio, quod implicat.

Sed contra e, qa supponit subsistiam naae superaddere solum negaoem, qd e falsum, neq e persona vel suppositum pt constitui per negaoem, ut coiter pbt in Metaphysica. lege Vasq. disp. 31 cap. 2. 2do contra e, qa durq manet positiuum qd e fundtum negaois manet etiam negao Et cum naa humana assumpta nihil positiuum desit, ut fatet Scotus, in ea erit negao existiae in alio siue dependentiae ab alio, e sic in Chro erit personalitas creata, qd e contra fidem.

2do pbt ex Durando in 1. dist. 34 q. 1. Occam. qdlib. 4. q. 11. Richar. in 3 dist. 6. art. 1. q. 1. e alys, qa naa e suppositum n differunt nisi in modo significandi, quatenus suppositum sigficat ut quod, naa ut quo &c.

Sed contra e, qa ex ea sequitur in Chro fuisse duo supposita secundum rem nempe humanam e diuinam, licet secundum modum significandi n fuerit nisi diuinum, ac proinde sequitur unionem hypostaticam n ee factam in persona secundum rem sed tm secundum modum significandi, qd e falsum. deinde contra etiam e, qa cum modus significandi

nas=

nascatur ex re ipsa vt apprehenditur a nobis si naa humana Christi eodem modo se hb ac si esset per se eodem etiam modo significabitur, quare sicut si esset per se esset suppositum vero quoad rem et quoad modum significandi, ita etiam erit in Christo.

Pbt 3tio ex Caetano in explicatione articuli 2. quest. 4. qa subsistentia creata est quid intrinsecum naae quidem vt eius modus et naa retinens propriam subsistiam n pt assumi quin assumatur eius subsistentia naae intrinseca, qatqui subsistentia n pt assumi cum sit vltimus terminus et sit incommunicabilis &c.

Sed contra est, qa unio hypostatica est quid intrinsecum naae humanae tanquam eius modus, et in eadem naa, vt supra ostendimus, et concedit Caiet: pt assumi ab alia persona diuina ab ratione qd assumatur unio prior hypostatica. 2do contra est, qa licet Verbum de facto assumpserit totam humanitatem suae n solum corporis et animam, sed etiam unionem naalem inter ea dentem inter illa, vt nos supra diximus, n tn repugnat assumptum esse solum corporis et tam abstracto qd assumeretur unio tta cum corpore, quae unio et modus ipsius corporis est tta secundum probabiliorem sententiam. hanc caetani rationem aliter et recte impugnat Vasq. disp. 33. q. 4. cap. 2. num. 4.

Pbt 4to: qa subsistentia creata est terminus adaequatus suae naae et subsistentia creata redit naam unio vnionem, vt potest assumi ab aliena persona.

Sed contra est, qa cum dicitur subsistentia creata est terminus adaequatus naae creatae, vel est sensus qd sit terminus adaequatus intensive seu naaliter loquendo, vel extensive, et sup naaliter, ita vt naa terminata per propriam subsistiam n potest simul terminari ab aliena. si dicatur primum, hoc n est sufficiens tantum asserendi naam terminatam propria subsistia n posse sup naaliter simul terminari ab aliena, qa etiam fia aqua v. g: inadaequate informat naam intensive sive naaliter loquendo, et tn per abstractam Dei potentiam in eadem naa simul cum fia aqua potest et etiam alia fia subsistalis et subordinata v. g: aeris, vt communiter concedetur. idem dicitur de naa considerata in ordine ad duas fias accidentales eiusdem rei vel contrarias inter se. si vero dicatur 2dum contra est, qa hoc sd est reddere rationem implicantiae, sed rationem esse id qd est in questione.

Quinto pbt ex Suarez disp. 34 sect. 1. et vltima ergo ratio: qa si naa retinens propriam subsistiam assumatur, sequitur eandem naam in eodem loco esse in se esse propriam subsistiam, et esse in alio per alienam, atq eadem naa in eodem loco erit in se et n erit in se qd est impossibile, qa esse in se immediate importat negationem esse in se. Confirmat hoc exemplo: qa quantitas n pt in eodem loco esse simul curva et recta, qa vnum importat immediate negationem alterius similiter idem accidens in eodem loco n pt esse simul in se et esse in alio sive actualiter inhaerere.

Sed con-

Sed contra ꝗ, ga nisi aliquid addatur ꝗ videtur efficax
siquidem nāa creata sicuti est simul assumi a tribus personis vel sub-
sistentijs diuinis, ita etiam per absolutam Dei potentiam potest simul habere
tres subsistentias proprias, scilicet. Deus propriam subsistentiam quam nunc
habet Petrus ab eo auferre vel per aliquod tempus impedire, et aliam ac aliam
successiue in corporeo ponere, et etiam potest simul tres ponere in nāa Petri.
In tali vero casu eadem nāa haberet tria esse in se, quemadmodum a. si
per amissionem unius propriae subsistentiae amitteret unam ex illis tribus
esse in se, ꝗ tn amitteret esse in se respectu reliquarum duarum subsis-
tentiarum quae remanerent sed tn respectu 3tiae quae corrumpitur, ita
etiam si retineat sed unam tn subsistentiam propriam, et simul assumat
ab aliqua persona diuina, sequetur illam esse in se et esse in alio, sed
respectu diuerarum formarum, erit s. in se per propriam subsistentiam,
erit in alio per unionem cum aliena subsistentia, in hoc a. nulla videtur im-
plicantia quae vt sic necessario videtur exigere vt rei conueniat esse et non
esse respectu eiusdem, alioquin ꝗ contradictorio. vnde si per absolutam Dei
potentiam in eodem subto sit albedo et nigredo, profecto de eodem subto verificabit
ꝗd sit album et nigrum, et praeterea ꝗd ꝗ sit album quateng sit nigredinem
et ꝗd ꝗ sit nigrum nāe albedinis quae ꝗ sit contradictoria, ga ꝗ conueniunt
eidem respectu eiusdem. denique contra exemplum allatum et, ga vapri-
mis exemplum quantitatis vt hac paritatem cum nro casu et ideo hac vim
sic debet proponi: ꝗd sicut quantitas vna per propriam curuitatem ꝗ potest
esse recta per alienam rectitudinem, neq nāa subsistens in se per propriam
subsistentiam potest subsistere in alio per alienam et diuinam. verum hoc ex-
emplum facile impugnatur, ga et manifestum discrimen, siquidem vna
numero quantitas ꝗ potest figurari per aliam ex figuram, ac proinde potest cur
idem ꝗ possit esse simul et rectum propria curuitate et rectum aliena rectitu-
dine; contra vero nāa creata potest terminari ab aliena, et diuina subsis-
tentia, et sic remanet assignanda repugnatia, cur nāa creata ꝗ potest reti-
nere propriam subsistentiam cum terminatur aliena. Contra exem-
plum de inherentia accidentis et, ga vnum et idem accidens sub eadem
localitate ꝗ potest esse in alio vel in subto, et esse in se, ga esse in se in accidente
et tn negatio esse in subto, quam accidens habet per efficientiam cāe super-
naturalis independentem a subto, esse vero in alio et positio modi cui esse illa
negatio, et ideo licet ex ipsa foa loquendi ꝗ apparat, vere tn illi modi sint
contradictory ꝗ contrarij, atque modus esse in se et modus esse in alio compe-
tentes nāe substantiali creatae sint positiui, ꝗd si modus esse in se, qui miracu-
lose sit conuenire ~~ad~~ accidenti, esset positiuus nulla videretur esse im-
plicantia idem accidens esse in alio vel subto respectu illius modi in eodem loco,
et esse in se respectu alterius modi. Alia rationes aliorum faciliores pertermittuntur.

Pars

Ob ergo concilio efficacter ric: qa propria subsistia facit vt naa cuig e subsistia n cont ee in alio e, manente propria subsistia naa n st assumi. hns etb ex Concilys e PP. qa ex co qd naa humana sit unita Verbo hypostatice, inferunt vel supponunt illam n habere propriam personalitatem, e notat Suarez tilg. 14 sect. 1. quae illaa vel suppositio vera n eet, si propria subsistia n faceret vt naa n poet ee in alia. vide 5 Synodum collate 8 cdr. 4 e 5. sextam synodum act. 11 in epla Soph. Cyrillum in defensione noni anathematismi, in declara ee 2 e 3 anathem. in epla ad Nestorium quae habet in Conc. Ephes. e ex his e. colligitur, qd subsistia propria e creata n solum facit vt naa n sit in alio, qd ht naa etiam per subsistiam negativam quam haberet humanitas si dimitteret a Verbo, e illi n restitueretur propria subsistia, sed etiam facit vt n poet ee in alio, neq; ulla raoe ab alys allata videtur sufficienter probari.

Rdetur Concilia e PP. bene poe ita dlgi vt dicunt eandem naam n poe simul terminari propria subsistia e aliena, e ideo qd in Chro vt subsistia divina inferre, qd n eis propria e creata subsistia, hinc a. n sit inferri qd de pora absoluta id repugnet. Sed contra e, qa etiam terminata fa eta naa per alienam subsistiam per se sumpta e separata a propria personalitate e repgnaalis e, n e cur ex huig positione tollatur propria personalitas, quasi vero ita sequatur ordo naalis.

Rdebis iterum bene PP ex co qd in Chro sit divina persona inferre, in eo n e creatam licet sit miraculorum naam creatam terminari sola aliena personalitate., raoe, qa cum novum ac magis miraculorum sit praeter unionem hypostaticam retinere etiam propriam subsistiam, e sit regula ex doctrina PP. recepta qd in mysteriis n sunt ponenda clara miracula, quam quae sufficiunt ad salvanda ea quae nobis revelantur, ideo inferri potuit a Patribus n remansisse in Chro propriam personalitatem, cum revelatum sit in eo fuisse divinam, quae cum eis naa vnum totem constituat. Sed contra e, qa supposito qd naa creata miraculose terminaretur per alienam subsistiam, posito qd haec repgnaaliter n repugnet, terminaa in subsistia aliena. hoc a. ptt. qa licet naa creata per subsistiam Verbi hat idem aequivalenter per propriam, n tn per illam, sit idem formaliter sed longe diverum vt supra, ac proinde subsistere, qd tribuitur per subsistiam divinam Verbi, n debuit tollere subsistere qd tribuitur per propriam subsistiam, sicut etiam neq in Chro verobatifica vel scta infusa excludit sciam naalem acquisitam, ch licet per illam cognoscatur quicquid per aliam cognoscitur, n tn eodem modo, e quidem congruentiq fuit vt ambae simul essent.

Obycies: naa creata terminata ab vna persona divina simul st assumi ab altera, n quidem per unionem receptam in priori unione,

sed re:

sed receptam immediate in nãa & similiter nãa terminata propria personalitate pt iterum terminari per assumptionem ad personam diuinam. Rõ negando conseq: qa licet vnio hypostatica sit ~~conditio~~ coniunctio nãæ cum persona, n tn e tão faciens nãam existere separatam ab aliena persona, e ideo pt coniungi cum vnione ad alteram psonam, atqui de rãoe intrinseca subsistiæ proprie e vt faciat nãam existere separatam ab aliena, vt supra probauimus &c &c.

Obycies 2do: ex cõui sentia Deus pt efficere vt in eodem sbto sint duæ fõæ contrariæ & nãaliter sibi repugnantes & etiam pt efficere vt subsistia propria e vnio cum subsistia aliena coniungatur in eadem nãa licet nãaliter in se repugnent. Rõ distinguo Ans e concedendo fõas contrarias, ex quibus n necessario sequitur contradictio, põe per absolutam Dei põiam ee simul in eodem sbto, negando tn idem de formis ita inter se repugnantibus, vt ex ipsarum coniunctione necessario sequatur contradictio, sicut e v: g: ee æquale e inæquale respectu eiusdem, e continuum e discontinuum ab eodem: eiusmodi st etiam subsistere per propriam subsistentiam e subsistere per alienam.

CAPVT. V.

De ordine partium naturæ humanæ assumptarum.

De his J. S. Thomas q. 6 de circa ordinem quo partes nãæ humanæ fuerunt a Verbo assumptæ illud e examinandum qualis scilicet fuerit ordo in assumptione partium nãæ humanæ. In hac re tria quæri pout. 1mum: an partes nãæ humanæ scilicet corpus & aia fuerint prius a Verbo assumptæ siue Verbo vnitæ, quam inter se? 2dum e: vtrum partes fuerint prius Verbo vnitæ, quam humanitas. 3tium: vtrum aliqua pars prius quam altera fuerit vnita Verbo?

Pro resolutione præmitto ordinem quo quid altero prius assumi vel vniri pt ee duplicem, alter e ordo temporis, alter ~~ex~~ nãæ, hic a ordo e etiam duplex, alter perfectionis e dignitatis, alter e ordo caalitatis. Denique ordo caalitatis diuiditur in duos ordines, quorum vnus e secundum intentionem alter vero secundum executionem. his præmissis certum e quoad tempus neq partes humanitatis fuisse prius vnitas Verbo quam inter se, neq prius fuisse

vnitas

vnitas quam totam humanitatem, neq vnam prius altera, qa in eodem instanti temporis simul fuerunt Aiae creaõ, corporis informaõ siue Aiatio e totius humanitatis assumptio, vt explicat Sophron. in 6 Synodo act. 11. e Damasc. lib. 3 de Fide cap. 2. vide Vasquez disp. 1. q. 14. vbi multa hit de hac re. 2do certum e 2dum ordinem dignitatis priorem fuisse assumptionem totius humanitatis, quam fuerit assumptio partium e Aiae assumptionem priorem corporis assumptione, qa scilicet ordine dignitatis illud e prius qd dignius e pfectius, atqui assumptio totius humanitatis e pfectior quam assumptio partium, e assumptio Aiae e pfectior quam assumptio corporis, sicut etiam humanitas e pfectior quam partes ipsius e Aia quam corpus ec. his positis e difficultas circa ordinem caalitatis.

Dico 1mo. partes humanitatis Chri scilicet corpus e Aia prius intentione fuerunt assumptae quam vnitae inter se. raõ e, qa vnio illarum partium inter se ideo facta e vt assumerentur in ipsa naa humana cuius st partes Et assumptio earundem partium fuit caa finalis productionis pdictae vnionis e haec intenta e ordinata ad illam, e sic illa ordine intentionis fuit prior.

Dico 2do. assumptio totius humanitatis vel naae ordine intentionis fuit prior quam assumptio partium. raõ e, qa partes assumptae st vt assumeretur tota humanitas Et assumptio partium fuit intenta pp assumptionem totius, e sic haec intentione fuit prior.

Dico 3tio. ordine intentionis saltem aliqua raõe prius Aia fuit assumpta quam corpus. videtur ee S. Thomae art. 1. q. 6. atq in hoc sensu videntur illegenda Concilia e PP. cum dicunt corpus fuisse assumptum mediante Aia, quorum verborum sensus e, corpus fuisse assumptum qa adaequat Aiam quae erat capax merendi e videndi Deum. raõ a huius relioñis e, qa saltem aliquo modo assumptio siue vnio corporis fuit intenta ob assumptionem e vnionem Aiae.

Dico 4to. ordine executionis corpus e Aia Chri prius fuerunt vnita inter se quam Verbo. Vasquez disp. 37. cap. 7. e 8. disp. 39. cap. 2. e 3. e alibi. raõ e, qa per nos vnio hypostatica humanitatis fuit dependens n solum a Chri corpore e Aia, sed etiam ab ipsa vnione naali intercedente inter Aiam e corpus tanquam modus a re modificata Et prius naa a parte rei fuit vnio intercedens inter illas partes quam fuerit vnio hypostatica naae humanae, hoc a. nil aliud e, quam ordine executionis partes fuisse prius vnitas inter se quam fuerint vnitae Verbo, siquidem partes vt vnitae fuerunt caa maalis vnionis hypostaticae, vt supra diximus.

Dico

Dico ultimo, neutra pars humanitatis Chri ordine executionis fuit prius unita Verbo quam illi fuerit unita altera pars vel tota humanitas. Vasquez disp. 39 art. 3 et aly. est tn contra suos dicit. 37 et alios, qui sicuti in naa duas ponunt subsistrias, alteram in naa, in foa alteram, ex quibus componatur una totalis scilicet subsistentia totius naa, ita etiam volunt unionem hypostaticam totius naa esse compositam saltem ex duabus partibus, quarum una corpus vivificatur, altera vero tia, et ideo volunt prio ordine executionis subsistere partes quam subsistat tota humanitas, et sic prius ordine executionis esse unitas hypostatica partes quam totam humanitatem, eiusdem prio ordine executionis a parte rei existunt partes quam totum, quod ipse illus sit.

Pbt, tn contra: qa secundum nos unio hypostatica totius humanitatis n est composita ex partibus sed est una simplex, qua pnos per se affert totam humanitatem et 2dario partes ipsas et n prius quoad executionem partes fuerunt Verbo unitae saltem ut quod, quamvis forte dici pòt illas fuisse medium quo tota humanitas sit unita Verbo, quatenus utraque pars fuit medium necessarium ad hoc ut assumeretur tota humanitas, eo qd humanitas n pòt esse sine partibus, et sic n pòt sine partibus uniri.

Obycies: S. Thomas art. huius q. ad 3mum docet assumptionem partium priorem esse in via operatis, hoc est, executionis secundum intellectum et saltem aliqua ratione S. Thomas vult assumptionem partium esse priorem quoad executionem quam sit assumptio totius naae. Re S. Thomam n esse ita intelligendum ut velit partes ipsas secundum se prius secundum intellectum fuisse Verbo unitas ut quod, sed ita ut ea prius convenerint ad constituendam totam humanitatem quam humanitas assumeretur et ita fuerint medium ut quo assumptionis totius naae, qd praecipue et locum in intellectu. ita Vasquez interpretatur S. Thomam disp. 39 cap. 15. num. 14. aly aliter respondent, sed in hac re n est immorandum. reliqua quae tractat S. Thomas hic facilia sit.

Addendum denique est, cum S. Augustinus lib. de agone Christiano ubi sic ait: invisibilis et incommutabilis veritas per spiritum suam et per suam carnem accepit, id n est intelligendum quoad executionem sed tm aliquo modo quoad intentionem qd sic explicatur. ratio cur Verbum voluerit assumere carnem fait redemptio generis humani per sufficientem satisfactionem, quae cum n potuerit considerari nisi in actibus liberis mentis et voluntatis, necessarium fuit ut primum qd intenderet assumere Verbum fuerit mens in qua et ibi operatio libera, et qa n potuit assumere hanc nisi assumeret etiam hdm, hac etiam intendit

assu=

assumere. Coeterum qa Aia n erat apta ad exercendas pdictas ~~unio~~ operaoes sine corpore, hoc etiam voluit assumere. idem confirmari pt ex eo qd hoc modo & ordine illud assumitur qd e fini vicinius. id a respectu liberaois hois a peccato primum e mens, tum Aia, postea corpus.

DISPVTATIO IIII

De Gratia Christi.

Hæc disputao comprehendit ea quæ ex S. Thoma q. 7 & 8 imo & 24 tractanda st, quamvis e. hæc quæstio longissime distet ab illis, quæ tn ex ea nobis seligendus st ad examinandum magnam cum ys, quæ ex quæstione 8 hoc loco discutiemus, hnt affinitatem. primo a. agendum e de ys quæ S. D. tractat hic quæstione 7.

CAPVT I.

Vtrum in Christo sit Gratia habitualis?

Supponendum e tanquam certum humanam Chri naam fuisse Deificatam & iustificatam siue sanctam per vnionem cum persona Verbi, hoc e. constat ex coui sensu PP. vt Dionisy. Alex. Basily, Athanasij, Nazianzeni, Cyrilli & aliorum, quorum ipsa verba refert Vasq. disp. 34 cap. 3. imo idem stat ex Synodo gnali 6 act. 7 in definitione fidei orthodoxæ, & ex Concil. francofurt. in epla ad Epos Hispaniæ colum. 2 obi dicitur: Chrum fuisse naa vnctum, ide, sanctum, id e apud Concil. & PP. imo e in Scriptura significat vox, vnctus, sicut & vnctio sanctitatem couiter denotare solet. præterea idem constat raoe, qa fide certum e per aliquam diuinæ naæ participaoem hoem sanctificari, atqui nulla pt ee maior diuinæ naæ participao, quam vnio substialis cum diuina psona &, Chri humanitas vere sanctificatur per huiusmodi vnionem quam ht.

Addendum e tn vnitnem humanitatis Chri cum Verbo proprie n ee id qd sanctificat eandem humanitatem, sed ee id quo diuina subsistia vel vt aly volunt ipsa Deitas vt quod sanctificat illam, sicut etiam accidit in alijs effectibus foalibus quos forma vt quod caat, & applicao foæ siue inhærentia aut inexistia caat vt quo,

quare